

fronte  
se non  
erdum  
si usu  
ticulis  
tinge-  
a esse  
magis  
  
ie ad-  
esse  
cessat.  
taga;  
  
ie et  
  
mam  
mili-  
m hu  
  
pro-  
ficeet  
kaa-  
res-  
non  
res-  
tibu-  
cti-  
et  
  
ae  
ut  
gac  
Pal  
tro-

4. Quando fit mutatio vel transitus unius rei in aliam, sive ex processu naturali, sive per accidens, quando una res alteri succedit, vel supervenit, indi concipiunt secundam rem veluti exitum primae, perinde quasi prima res resolvatur in alteram, ac usurpant particulam *taga*. In istis casibus potes vertere particulam *taga* per *deinde* latinum, quod tamen non accurate respondet particulae ksanka. Walkwa sukni akylak, tagas su'ankaptik, *heri bona erat ebro, deinde corrupta est (exsistit mala)*. Unikni, tag unikulni, tag ukomnini, *edi, deinde bibi, deinde dormivi*.

Ex allatis exemplis vides particulam *taga*, quoties verbo coniungitur, significare exitum, resolutionem, unius rei in aliam, sive resolutio sit finalis, sive non. Animadvertiscendum praeterea est modus singularis concipiendi indorum, qui aliquam rem, quae utecumque, etiam per accidens, alteri superveniat, illam concipiunt ut huius exitum et resolutionem. Inde fit ut saepe nil inveniatur in lingua latina quod respondeat particulae *taga*: non enim latini duas quaslibet res, quae se mutuo excipiunt, ita concipiunt, ut habeant unam veluti exitum vel resolutionem alterius.

Etiam particula *ukunil* significat *inde* et *deinde*: verum ea usurpatur, quando verba reguntur ab eodem subiecto, et nexus inter res expressas per verba est quadammodo naturalis, ita ut posita una re sponte intelligitur alia, ac res immediate sese excipiunt. Nik'kalsa nasukwinintik nupgani akiinuuss, naklanakapsi, nukunilupgani klakaps kwilka-nasukwins, nukunil nitaknamik, tsinage, *illi tres reges viderunt stellam, erat diversa, inde cogoverunt natum esse magnum ducem, inde paraverunt se ad iter agendum, et iter arripuerunt*.

5. Interdum particula *taga* habenda est ut pleonasmus; qui praesertim locum habet, quando particula *taga* coniungitur cum particulis demonstrativis *na, ni, ko*. Tag na kintslatsinam, *cum sis abiturns*; kos tagas sausakanis galtsinis, *illie moratur tuis equus*.

**PAL** — Particula *pal* est particula adversativa et aequivalet particulis latinis *sed, at, verum, contra*, et similibus. Sub hac significacione *pal* coniungitur communiter, cum formis verbalibus affirmativis. Yunakani kuiknalla kos tagas; pal na luni kapsin; *multus erat noster cibus illie; verum hic nihil est*. Tsgaltsmak'apsi, tsgalkatsmkakapsi kitnmustilkits Yakasinkinmiki kilkilwis aklsmak-